



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XI. Das Kloster Hamersleben begiebt sich seines Rechtes an dem Felde  
Monekeveld zu Gunsten des Klosters Diesdorf (October 1241?)

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

X. Otto, Herzog von Braunschweig, übereignet die Vogtei über das Dorf Wunnesbüttel dem Kloster Diesdorf, am 1. Mai 1236.

In nomine domini Amen. Quia memoria hominum obliuionis Caligine Offuscatur, nisi ea, que aguntur in tempore, litterarum legitimis roborentur documentis; Eapropter Dei gracia Nos Otto, dux in (brun)swig, ob reuerenciam gloriose virginis marie, pio moti affectu circa Monasterium sanctimonialium In dyldorpe, omnibus presentibus et futuris litterarum tenore in perpetuum protestamur, Quod aduocaciam ville wunnesbütle nobis et dominis m(ar)chie pertinentem, dedimus, damus et appropriamus monasterium (sic) sanctemonialium In dyldorpe ad habendam eandem iusto proprietatis tytulo, et eidem monasterio perpetuo mansuram. Quam vero donacionem et appropriacionem ratificamus per presentes nostri cum sigilli munimine roboratas. Datum anno domini M°. CC°. Tricesimo sexto, In die phylippi et Jacobi apostolorum.

XI. Das Kloster Hamersleben begiebt sich seines Rechtes an dem Felde Monekevelt zu Gunsten des Klosters Diesdorf (October 1241?)

Wernerus, dei gracia prepositus Totusque conuentus in Hamersleue, — Notum facimus tam presentibus quam futuris christi fidelibus, quod nos communi consensu nostri capituli cessauimus totaliter Ab impetitione ecclesie in Distorp, quam habuimus pro quodam campo dicto Monekevelt, sito inter villas, que dicuntur wadencoten et winebüttele et ab omni iure a(duocatic)io, quod in eisdem agris habuimus, abrenunciauimus, receptis quinque marcis argenti a domino thiderico preposito Ecclesie iam prescripte. Verum ne in posterum aliqua super hoc contractu suboriri possit calumpnia, hanc paginam tradimus inde conscriptam nostre Ecclesie sigilli munimine roboratam. Testes sunt Ludolfus de Hunsburch, Ludolfus de Luttere, thidericus sancti Egidii in brunswik, abbates, Henricus in scenigge, Rodolfus sancti Johannis in halberstad, Bertoldus in Dru(be)ke, prepositi, Thidericus, prior in husburch, Arnoldus regularis in scenigge, Arnoldus de Badenleue . . . . . M°. CC°. XL°. . . . . (Ka)l. Nouembris.

Das Original ist beschädigt und das Datum nicht vollständig mehr zu lesen.